

1600 1/2
Certificatio a favore
8^o Ruggero Salamonio

Sigismundus III Dei gra Rex Poloniae magnus Dux Lith: Russiae Prus: Mas:
Sarmogae, Livoniae, Riconon Suecorum, Gotton, Vandalqz haereduus R. E. D.

Universis et singulis Principibus tam Ecclesiasticis quam Secularibus, ac ceteris cuiuscumque dignitatis ordinis, et conditionis, nominatim vero magistratibus publicis quibusvis, arcium ac presidiorum Praefectis Vectigalium, et Teloniorum administratoribus viarum, publicarum, et portuum Custodibus, et omnibus in uniuersum quorum interest, tam publica officia gerentibus, quam privatim amicis et vicinis nostris salutem, et mutuam benivolentiam nostram significationem, subditis vero nostris gratiam nostram Regiam. Proficiscitur ab aula nostra in Italiam Venerabilis Ruggerus Salomonius Capellanus noster certorum negotiorum causa. Cum nos Dominus Deus omnibus in uniuersum ita cupimus esse commendatum, ut nostra hac adiutus commendatione, per omnia ditionum earum loca, quacumque iter hoc suum prosequutus fuerit, libere, et absque impedimento ire, redire, proficisci, commorari, ac pro necessitate vbius locorum subsistere possit, et valeat, ac omnia humanitatis earum, ac amicae hospitalitatis officia, nostra causa experiat. Nihil sibi ab eo luis pestifere metueni, si quidem ea loca ditionum nostrarum, e quibus proficiscitur ab eiusmodi lue, et infectione, per Dei gratiam, tuta, et immunia sunt. Ad nos eorum hominibus simili occasione benivolentiam nostram relaturi sumus. Subditis vero nostris ne aliter faciant serio mandamus. In cuius rei fidem prout manu nostra subscribitur sigillo Regni nostri consignari iussimus. Datis Varsoviae die 11 mensis Septembris Anno Domini M. D. C. Regnorum nostrorum Poloniae xiii. S. Poloniae anno 711.

Sigismundus Rex



